1600

festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ prox. futuro in Anno Millesimo Sexcentmo Quinquagesimo Quarto prox. venturo parata peccunia solvere realiterq. et effective reponere de omnibus bonis cum suis successoribus se submittit ac inscribit. Sub vadio simili aliorum Centum et viginti florenorum polon. in casu pro tempore præfixo non solutionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et coram officio Castrensi Capitaneali Drohyciensi in primo citationis Termino, Ubi peremptorio peremptoria responsione ac reali et effectiva satisfactione omnibus controversijs exceptionibus allegationibus motionibus evasoribus simplicibus et iuratorijs dilationibus quibusuis alijsq. in Universum iuris remedijs et defensis legalibusq. impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Uti abscindendo et abrenunciando. Sub amissione suæ et suorum successorum totius et integræ causæ.

Kierssnowski Obligatio.

Coram officio et Actis præsentibus Castren. Capitaneali [illegible] Bransccn. personaliter comparens Nobilis Lucas olim Adami Dambrowski de Kierssnowo hæres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Jacobo filio Eustachij Kiersznowski et ipsius legmis successoribus bonorum suorum immobilium in hæreditate Kiersznowo consisten. In campo sulcum unum hijemalem cum inseminatis a pariete Chorewska ad parietem Zamianowska tenden. inter metas filium Stephani Kiersznowski et Michaelis Malinowski iacen. Item in alio campo v Mogilek sulcum unum a granicie Malinowska ad parietem arealem Kiersznowskich tenden. inter metas Ut supra iacen. Item in tertio campo sulcum Jary ab eadem granicie Malinowskich ad parietem Kiersznowskich tenden. inter metas Ut supra iacen. cum agris pratis et omnibus Utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinen. et pertinentijs nullis exceptis in octo florenis polon. hinc veq. ad exemptionem et summæ præfatæ integram et indivisam [illegible] obligavit et inscripsit.